UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Bartolvs A Saxo Ferrato In primam Codicis Partem

Bartolus

Lugduni, 1567

Hærededitate vel actio. ven.

urn:nbn:de:hbz:466:1-96119

Visual Library

Bart.in l.Titia.§.fin.de verbo.oblig.⁊ ad hoc not.vide Bart.in l.
ſerui electione.§.j.de leg.j.⁊ omnino Bart.in l.ſi fundus.§.penult.
de pign.vbi not.
POMA. ¶In vendentis. Limita iſtam l.pulchre, vt procedat
in poteſtate expreſſa,ſecus in relata. Ita Bald.per illum text.in l.
certi condictio.§.fin.ff.ſi cert.pet.
P.PAV.P. ¶In vendentis. Limita vno modo vt per Soci.in l.
certi condictio.§.fin.in vlti.not.ſi cert.pet. Et an reſolutio contra-
ctus conferri poſſit in voluntate vnius, vide Aretin.in l.ſi quis,de
acquiren.poſſeſ.

LEX XIIII.

Dudum. [a] Iſtam l.inducit do.Old.in quadam
ſua diſputatione, †quod ſtatutum fa-
ctum hic in ciuitate iſta [b] quod forenſibus nõ licet ven-
dere,valet ⁊ tenet. Facit ff.de pignor.l.in quorum. Non
† autem valeret ſtatutum quod non liceat vendere clericis. Dixi
vobis in auth.caſſa.⁊ l.fin.de ſacro ſanct.eccleſ.

ADDITIONES.

a ALEX. ¶Dudum. Facit iſta l.quod valeat ſtatutum,quod ſo-
cius non poſſit vendere rem cõmunem, vel partem ſuam irrequi-
ſito ſocio, ſecundum Bal.in l.j.in princip.ſ.communi diuid.⁊ vide
quod ipſe not.in l.j.C.de communi ſeru.manu.⁊ limita hanc l.in ca-
ſu not.poſito in l.j.de priui.credi.vbi omnino vide.
b P.PAV.P. ¶In ciuitate iſta. Quid autem ſi extaret ſtatutum
quod vicinus alteri preferatur, vide de iſto ſtatuto omnino que
habes in Bertachin.in verbo,ſtatutum de contractibus,vbi mul-
ta addidi.

LEX XV.

Super rebus. [a] Materiam huius l. dic vt
dixi in l.ſi quis arbitratu.ff.
de verb.oblig.

ADDITIO.

a POMA. ¶Super rebus. Ad limitationem iſtius l.vide Panor.
conſil.lxxx.in primo dub.vel ij.⁊ Anna.conſi.xix.in j.dub.⁊ Aretin.
cxxuij.⁊ clx.

De hered.vel actione vend. Rub. XXXIX.

LEX V.

1 Actiones vtiles intentantur nomine ceſſionarij, directe vero
nomine mandantis.
2 Si habens vtiles alteri illas cedat,apud ipſum nihil remanet.

a Emptor. [a] Nota text. qui clare dicit quod
1 † actiones directe intentãtur no-
mine cedentis ſeu mandantis, vtiles nomine ceſſio-
narij. Dixi vobis in l.qui ſtipẽdia.ſ.de procuratori.
2 ¶Querit gloſſ.quid ſi ille, † qui habet vtiles,cedat
alteri. Certe gloſſ.dicit quod apud primum cedentem nihil rema-
net,quia vtiles,quas habet,tranſtulit. Vide ⁊ not.glo. Idem not.
in l.ex aſſe.ff.ad Treb.⁊ eſt tex.in l.j.§.de illo.eo.tit.⁊c.

ADDITIO.

a ALEX. ¶Emptor. In l.j.de here.vel act.ven.habes hic in gl.no.
in vno, quam tamẽ reprobat Bart.in l.j.poſt prin.de ope.no.nun.

LEX IX.

1 Actiones que cedi poſſunt ⁊ que non.⁊ nu.3.4.5.
2 Dominium vtile ſine traditione queri non poteſt.

Certi ⁊ indubitati iuris. Hec
eſt
1 bona l.Et not.† quod actio in rem [a] poteſt cedi,⁊ ex ceſ-
a ſione competit ceſſionario vtilis actio. Sed intellige
quod licet competat vtilis actio in rem, non tamen competit vtile
2 dominium [b], quia ſine traditione non poteſt mihi queri,vt l.tra-
b ditionibus.ſ.de pact.Et ita tenet Dyn.in c.pro poſſeſſore,circa fi.
3 de reg.iur.lib.vj.Et ex hoc debes ſcire qualiter libellus † formetur
c in actione vtili [c]. Debes enim dicere quod talis res pertinet ad
Titium iure dominij vel quaſi. Item quod dictus Titius ceſſit
mihi omnem actionem, quam habebat pro dicta re vendita, qua-
re peto te cõdemnari,⁊c. Si enim diceres rem ad te pertinere iure
4 dominij,ſuccumberes. ¶†Querit gl.nunquid hypothecaria poſ-
ſit cedi. Cyn.examinat hic. Ego dixi in l.fideiuſſor obligari.in prin.
5 ff.de fideiuſ.vbi Dyn.tangit. ¶†Querit gloſ.vtrum actio iniuria-
rum poſſit cedi: dixi in l.iniuriarum.ff.de iniu.⁊c.

ADDITIONES.

a ALEX. ¶Actio in rem. Iſtis adde que not.Bald.C.de alie.iu.
mu.cauſa fact.
b ¶Vtile dominium. Adde Bald.ſ.proxi.gloſſ.⁊ ff.famil.erciſcun.
l.plane,etiam Angel.in l.j.pro emp.
c ALEX. ¶In actione vtili. Adde Bald.in l.ſi culpa,de rei ven.
¶Adde vt per Spec.⁊ Ioan. And. in tit.de ceſſio.act.§.j.verſic.
quid ſi mihi cedis,⁊ verſic.ſed nunquid.

De eunuchis. Rubr. XLII.

LEX II.

1 Ciuitas poteſt ſtatuere contra ciuem aliquid extra territo-
rium facientem.

a Romane. [a] No.caſum in hac l.princ.quod ci-
1 uitas † poteſt ſtatuere legem con-
tra ciuem ſuum facientem aliquid extra territorium.
Dixi plene de hoc in l.cunctos populos,ſupra de ſum-
ma trinitate,⁊ fide catholica.

ADDITIO.

a POMA. ¶Romane.in fi.Bald.⁊ Salic.hic ponderant iſtam le-
gem ad queſtionem de ſtatuto,quod,⁊c. quibus,adde Alex.conſi.
ſuo xxxvj.

De patribus qui filios diſtra. Rub. XLIII.

LEX II.

Si quis propter. Hec eſt notabilis, ⁊
ſingularis lex. An
pro alia cauſa ſimili poſſet filius vendi, vide Dyn.in c.
in argument.de regul.iur.lib.vj. An filius poſſet dari
pro obſide,gloſſ.tangit hic. Dic vt extra de iureiuran.ca.ex reſcri-
pto,⁊c.

De reſcindenda venditione. Rub. XLIIII.

LEX II.

1 Contrahentes quando poſſint ſe inuicem decipere.
2 Reſciſſio venditionis quando ⁊ quibus in contractibus locum
habeat.
21 Iudex in omnibus, in quibus magis requiritur iudicium, quam
teſtimonium,debet mittere aliquos bonos viros ad eſtimandum.
24 Rerum mobilium conſiſtentium in pondere,numero,vel menſu-
ra,qualiter fiat eſtimatio.

a Rem maioris. [a] Hec eſt ſolennis l. Si
aliquis in venditione
b decipitur vltra dimidiam [b] iuſti pretij, poteſt agere
vt res reddatur,vel iuſtum pretium ſuppleatur,hoc
1 dicit. ¶Not.quod dixi in ſummario. ¶† Opp.⁊ vi-
detur quod liceat contrahentibus inuicem ſe deci-
pere,vt ff.de mi.l.in cauſe.§.⁊ generaliter.⁊ j.eo.l.ſi voluntate. Sol.
illa lex ſi voluntate determinatur per iſtam, dum tamen non deci-
piatur quis vltra dimidiam iuſti pretij. Circa legem noſtram pro-
2 cedam per ordinem gloſ. ¶†Quero,qua actione petatur reſciſſio
venditionis,ſecundum formam huius legis: Quidam dicunt,per
officium iudicis, ⁊ ſic per modum reſtitutionis in integrũ ex clau-
ſula generali, ſi qua mihi iuſta cauſa eſſe videbitur, vt ſ.quibus ex
cau.ma.l.in contractibus. Gloſ.dicit,quod imo petitur actione ex
eo contractu, quia in bone fidei iudicio veniunt ea,de quibus non
eſt cogitatum,vt j.de actio.empt.⁊ ven.l.ij. Effectus iſtarum opin.
eſt magnus. Nam ſi agitur officio iudicis,finietur. Si agitur actio-
ne durat xxx. annis.⁊ ideo pro eius declaratione dic, quandoque
contractus empt.⁊ vendit.eſt ab initio ipſo iure nullus,quandoq;
venit reſcindendus. Primo caſu aut hoc contingit ex contrahen-
tium diſpoſitione,⁊ agitur ad reſoluendum cõtractum, quatenus
de facto proceſſit actio ex eo contractu, vt ff.de contrahenda em-
ptione.l.ſed Celſus.§.ſi fundus annua.⁊ l.ex empto.§.is qui vinũ.
de actio.empt. Si vero hoc contingit abſq; diſpoſitione contra-
hentium,tunc non agitur actione ex eo contractu, ſed de dolo,vel
alia,vt lege,⁊ eleganter.in princ.ff.de dolo. Ita debet intelligi j.eo.
l.ſi dolo,licet gl.ibi aliter ſentiat,⁊ male. Secundo caſu quando ab
initio valuit, ſed ex poſt facto petitur reſcindi, aut ad iſtam reſciſ-
ſionem eſt prodita ſpecialiter aliqua actio, vt ſi facta eſſet metu, ⁊
non eſt dubium quod illa agitur,vt ſ.l.proxim. Idem ſi modus re-
ſcindendi eſſet introductus aliquo ſpeciali fauore, vt per reſtitu-
tionem in integrum, que conceditur minoribus per titu.ſi aduer.
venditionem. Si vero petitur reſcindi de iure communi,nõ ex ali-
quo ſingulari fauore, tunc agitur actione ex eo contractu,vt l.ex
empto.§.ſi quis virginem,ff.de actio.empt. Ita debet intelligi j.de
action.empt.l.venditi.la ij. Nunc ad propoſitum,cum hic petatur
reſcindi de iure communi, quod non datur aliquo ſpeciali fauore,
3 debet peti actione ex eo contractu.⁊ ſic eſt vera opi.gl. ¶†Quero
ſecundo quid econuerſo,ſi eſt deceptus emptor,quia emit rem vl-
tra dimidiam iuſti pretij: Gloſſ.que eſt j.idem dicit,⁊ bene eadem
4 ratione. ¶† Quero quid in alijs contractibus bone fidei *, ſi ali-
* quis eſt deceptus vltra dimidiam iuſti pretij: Reſpon.licet gloſſ.
non tangat,idem in omnibus contractibus,vt ſ.ex quibus cauſis